



misp:
Bunge
Koppe
Johes



G. 6. 2

Thurs. P. VII. 342 616

Artificioſa Memoria clariffimi
Juris utruſq; Doctoris & mi-
litis dñi Petri Ravennatis: p
quã facillime multa memoriter
teneri & dici poſſunt.

C. Lycij Decatoſtichon ad
Candidum Lectorem.

Si memorem tentas fieri te Candide lector
Atq; inter celebres nomen habere viros.
Perlege quod piſce ſpecimen pregrande Ravenne
Edidit. et celo laudibus uſq; loca.
Et potes / et debes merito cenſere magiſtrum
Artificis gentij iudicijq; ſimul:
Eia igitur cuncti numen veneremur in eum
Et meritas laudes quiſq; poeta canat.
Grecia non ſimilem vidit nec Romula tellus.
Nec non poſteritas eſt habitura / vale.

Lancelotus Decius Juris

utriusq; Doctor.

Quid modo pyramides. quid iam babilona canamus
Quid Jouis et triuie templa superba dee.
Non magis immensum mirabimur amphitheatrum
Nam summe facerent hoc quoq; semper opes
Scipio non ultra iactet quod fecerat vsus
Agmina qui proprio nomine tota vocat
Petrum fama canat quam nobilis ille Rauenne est
Gloria: qui plus q; docta minerua potest
Quid magnifecere dei mirabile dictu
Nam retinet quicquid legerit ille semel
Effatur triplici quecumq; orator in hora
Protinus hic iterum nil minus ore refert
Sic reor hunc genuit doctaru quinta sororum
Cui pia musa nihil non meminisse dedit

Clarissimo & excellentissimo

cesarei pontificijq; iuris Doctori mirabili memo-
ria prebito equitiq; splendidissimo Petro Rauen-
nati Marcus picardus salutem.

Simonides cedat mensq; alta themistoclis vna
Inclitus arpigena cum Cicerone solon
Cum doctor cum clarus eques splendorq; Rauenne
Mente valens memori maxima queq; canat.

Et cū una sit feniē & unus sit iste li

bellus : libello si placet Fenicis nomen imponatis.

¶ Quoniam etate nostra paucos excellenti memoria
preditos fuisse cognouimus statui pulcherrimū
opus Italic/et toti orbi tradere : cuius p̄cepta si
quis seruare voluerit hui⁹ artis altissimū culmen
paruo tpe mirabiliter attinget : nec fallor o lector carissime dū
em̄ p̄cepta mea p̄ totam Italiā expier cuncti diuinū potius q̄z
humanū opus se vidisse affirmabāt : aliqui etiā se cruce signa
bant/nec in artificiosa memoria p̄ceptorem habui : s̄ deo mihi
auxiliū prebente regulas pulcherrimas maximis tñ laboribus
inueni. hunc ego libellū doctissimis auditorib⁹ legi. meq̄z legen
te p̄cepta hui⁹ artis ab ore meo pendentes scripsere : et qui do
ctrina mea vsi sunt/et honorem/et laudem sunt consecuti hoc
meū inuentū excellentissimi viri laudauerunt. quorū nomia in
fine huius opis inscribere placuit : ne solus videar qd̄ est meū
laudauisse. qd̄ p̄fecto pulchrius iudicabit si excellentiores ha
buerit laudatores. Mea igit̄ p̄cepta charissime lector amplecta
ris : om̄iq̄ studio & diligentia exerceas. ex ip̄is em̄ non ex alijs
grana colliges/et toto ope p̄fecto mihi crede maximā gloriā
reportabis. Nō sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis.
scribit ap̄ls. ij. ad Corinthios. ij. Om̄e donū optimū de sur
sum est descendens a patre luminū. Jacobi. i. gl. in. l. nā et de
mosthenes. ff. de legibus. Quid em̄ habes qd̄ nō accepisti. i. ad
Chorin. iij. Sineme nihil potestis facere. Johānis. xv. Nolite
gloriari neq̄ loquamini elata : neq̄ p̄cedat magniloquētia de
ore vestro qz deus scientiarū est dñs. primi Regū. ij. Intellectū
tibi dabo & instrua te in hac via qua gradieris. ait deus om̄i
potens in libro psalmoū p̄ os p̄phete. Et Bal. in principio
libri feudoū nō pōt aliquid hō boni velle nisi iuuēt ab eo qui
nō pōt malū velle. Dixit Augustinus ad Bonifaciū papā. grā
preuenit vt velim⁹ bonū. Augustinus in enchiridion mouet ad
querendū salutem libertas arbitrij mouente pu⁹ deo. Augusti
nus de ecclesiasticis dogmatib⁹ sine grā dei nullū proisus sine

A ij

volendo siue agendo faciunt hoies boni. Augustinus de corre-
 ctione et gra Velle etiam quod bonum est non possum nisi tu velis. Au-
 gustinus in soliloquijs : et scribit ingeniosus poeta in principio
 sui preclari opis diu ceptis nam vos mutastis et illas aspirate meis.
 et alibi. Ad sis et cepto Jupiter alte meo. et pulchre loquitur Cesar
 in. l. in nomine domini. C. de officio perfecti proio affrice in. l. deo nobis
 auxiliu prebente. C. de episcopis et clericis. et in. l. deo auctore no-
 stru gubernante imperiu. C. de veteri iure enucleando et textus
 est in .c. in nomine domini. xliij. di. et in .c. veritatis de dolo et con-
 tumacia. et in capto non licet. xxv. q. v. et in capi. in nomine patris.
 lxxij. di. in autentico ut proponat nomen imperatoris in ver. mox
 inchoet auctore deo in autentico de armis in principio in au-
 tentico de questore in .c. primo de baptisimo glosa in rubrica
 institutionu Bal. in rubrica. C. de iureiurando. Ad omnipotentis
 igitur dei prudentiam anim meum referens hoc utilissimum opus ordi-
 nare disposui in quo amicis satisfecero si obscuritates verborum
 et sententiarum euitaero ut etiam indocti utilitatem aliquam ex hoc li-
 bello assequi possint In horum igitur preceptorum traditio loquor non autem
 dicere cogitavi. ut autem res clarius habeant conclusiones in tota ar-
 te facillias adducam : ut cum legista sum legistas videar imitari.

Incipiunt conclusiones ar-

tis Memoratiue.

Prima erit conclusio. Ars ista constat ex locis et ima-
 ginibus : loca sunt tanquam charta seu alia materia in
 qua scribimus. Imagines sunt similitudines rerum :
 quas memorie volumus commendare. Chartam ergo primum pabo
 in qua imagines collocare possumus. Et per fundamentum huius
 prime conclusionis quatuor regulas pono. Prima est hec. loca sunt
 fenestre in parietibus posite colonne anguli et que his similia
 sunt. Secunda sit regula. loca non debent esse nimium vicina
 aut nimium distantia. vicinitas enim ut expertus sum in appo-
 sitione rerum memoriam naturalem concurbat. si autem nimium
 distarent loca cum mora que locis tradita sunt recitamus.

mediocriter ergo distabunt si vn^o ab altero quinq; vel sex pedibus distabit. Tertia sit regula vana vt mihi videt est opio. discentiu loca fieri nō debere vbi sit hoim frequentia: vt in ecclesijs aut in plateis. nam ecclesiā qnq; vacuā vidisse sufficit. nō em̄ semp ibi hoim deambulatio visa fuit/et in hoc experientia que est rerū magistra contrariū docuit. Quarta sit regula. loca nō sint alta q; volui q; homies p imaginib⁹ positi loca tangere possint/qd̄ utile semp iudicavi. Accipio ergo ecclesiā mihi multū notam cuius ptes diligenter cōsidero in ea terq; quater deambulans discedo: domūq; redeo et ibi p me visa mente reuoluo/et hoc pacto principiu locis do. In pte dextra porte ex qua recto tramite ad altare maius itur mihi primū locū constituo. Deū in pariete post quinq; aut sex pedes scdm/et si ibi aliquid reale sit positū vt est columna/fenestra/aut his sile/ibi locū pono. Si aut reale deficiat ad arbitriū meū imaginariū fingo. si tñ hec loca fabricans omittere vellet timens ne rei apposite obliuiscat concedat dummo sit memor ibi locū cōstituisse et sic de loco in locū pcedat donec ad eandē portam loca fabricans reuertat. et ista fiant in parietib⁹ primis ecclesie omissis om̄ibus que i medio ipius sunt. Et si quis locorū copiā habere cupiat hoc ordine monasteriū intret/et illud totū locis impleat. aut in parietib⁹ extra ecclesiā sibi loca cōparet. et qui multa voluerit memisse multa sibi loca cōparare debet. Ego aut q; oēs hoies Italie copia rerū absq; chartarū reuolutiōe supare volui in sacris scriptur/ iure canonico civiliq; et alijs multarū rerū auctoritatib⁹. dū essem adolescens mihi centūmilia locorū parauit/ et nūc ipis decemmilia addidi in quibus p me dicenda posui vt in p̄mptu sint. qñ memorie vires expiri cupio et cū patriam relinquo vt pegrinus vrbes Italie videā dicere possum oīa mea mecū porto: nec cesso. tñ loca fabricare hoc suadeo vt i aliqua ecclesia et monasterio habeant loca solū p reponendis reb⁹ q̄s quotidie cōuenit recitare. vt sunt argumenta/rōnes/historie/fabule/et p̄dicationes que in quadragesima fiunt: et hoc officiu illis locis tñ deputet/et vnū qd̄ utile iudicabit p istis locis in fine scribere disposui. volo equidez iuuenes hui⁹ artis cupidos

Oculus
interior
Depla

perfectissime docere. loca autem sic constituta ter aut quater in mense
memoria repetantur. repetitio enim locorum nullo precepto emi potest.

Secunda erit conclusio Ut charta habita modum
scribendi in ipsa doceat in
magna nobilium corona dum essem adolescens mihi semel fuit pro-
positum ut aliqua nomina hominum per unum ex astantibus dicenda re-
citarem non negavi. dicta ergo sunt nomina in primo loco posui
amicum illud nomen habentem, in secundo similiter et sic quot dicta
fuerint tot collocavi et collocata recitavi. et advertat collocas
ut semper amicum ponat agentem illud quod communiter ab eo
fieri solet. et ista conclusio clare procedit in nominibus cognitis. Si
autem non cognoscit amicus illud nomen habens veluti Bozdrab
Zorobabel: tunc collocabis quod loco suo dicitur. et idem dico
in nominibus animalium ut est equus/bos/asinus/ut in primo lo-
co ponatur equus: in secundo bos: in tertio asinus. et idem in re-
bus animalia carentibus ut est liber/cappa/vestis. Sed advertite ne
decipiari si in primo loco poneretur liber: in secundo cappa: sic
simpliciter posses dum recitares deficere. excitare enim memoriam
naturalem est artis huius officium: sed he res commovere non
possunt. quia gestus imaginis posite excitat qui in talibus na-
turaliter non reperitur. imago igitur in loco talis poni debet/que
se moveat si non potest ab alio moveatur rem talem in manu ali-
cuius motoris ponas ut ex motu illo memoria naturalis com-
moveatur. sed acutissimi ingenij iuvenis dicit quod hec precepta non
sunt omnium ex parte perfecta formica in loco posita se movet non tamen
propter sui puritatem commovebit granum piperis in manu motoris
positum etiam non excitabit: fateor hoc si formica sola collocetur sed
multitudinem formicarum ascendentium et descendentium arborem
in loco ponam. Quod ergo formica sola facere non potest fa-
ciet multitudo et amicus etiam in loco multa grana movebit.
Instabit etiam ingeniosus iuvenis: pulvis saltat nec commoveat
multitudo autem bene collocari non potest. sed pro pulvere amicum pu-
licem capientem collocabo. et ego sepius pro pulvere excellen-
tissimum omnium etatis nostre medicum Magistrum Gerardum
Veronensem posui. quem semel capientem pulicem aspexi.

Tertia est aurea conclusio

Quia p litteris al phabeti hoies ha beo ⁊ sic imagines viuas. p lra em. a. anthoniū habeo / p lra b benedictū. et sic psonas in quarū noibus prima lra est in illa quā collocare volo. et ego cōiter p litteris formosissimas puel las pono : ille em multū memoriā meā excitant ⁊ frequētissime in locis iuniperā Pistoriensem mihi charissimā dū essem iuue nis collocaui ⁊ mihi crede si p imaginib⁹ pulcherrias puellas posuero facilius ⁊ pulchrius recito que locis mandauī secretū ergo habe utilissimū in artificiosa memoria qd̄ diu tacui ex pu dore. si cito meminisse cupis v̄gines pulcherrias colloca : me moria em collocatiōe puellarū mirabiliter cōmouet ⁊ q̄ vidit testimoniū phibuit. hoc aut̄ vtile pceptū pdesse nō poterit illis q̄ mulieres odiūt ⁊ cōtemnūt / s̄ isti artis h⁹ fructū difficult⁹ cō sequent̄ veniā tñ mihi dabūt viri religiosissimi ⁊ castissimi pce ptū em qd̄ in hac arte mihi honorē ⁊ laudē attulit tacere nō de bui cū successores excellētissimos relinquere totis virib⁹ nitar.

Quarta est conclusio

Ut imagines alphabeti seu noia demonstrantia lras bñ memoria teneant ⁊ sepe repetant Incipio ergo sic. si mihi cōtin gat in loco ponere istā copulā. et in loco pono Eusebiū ⁊ Tho mā. hoc tñ ordine qz Eusebius locū tangit ⁊ Thōas astat corā eo. Si at̄ thomas locū eusebij tennerit ⁊ eusebius thome nō co pulā et / s̄ hoc pnōmē te i loco videbim⁹ appositū. est ei in arte hac hec regla vt pri⁹ in ordie loco sit p̄pinqū⁹. sicut em i char ta primū e : scribim⁹ in ista copula ⁊ ita ⁊ in loco ⁊ idem obser uandū est gn̄aliter in oibus dictiōibus ⁊ alijs collocandis.

Quinta est conclusio

In sillabis triū lrarū in quib⁹ sic pcedit. Si em voca lis est in medio vt in hac sillaba bar. tunc imaginē vltie littere accipio ⁊ rem aliquā addo / cui⁹ p̄ncipiū duab⁹ p̄cedentibus litteris sile sit. Si ergo i loco Raimundū cū baculo locū pcuci entem posuero legēt i loco sillaba bar. et si Simon locū pcusse rit habebit sillaba bas. ista ergo sit regla que sic repetit̄ vbi vo calis ē in medio in sillaba triū lrarū accipit̄ imago vltie littere

De
v
l

re aliqua apposita mobili aut se mouente cuius principiu[m] sile
sit duabus litteris p[re]cedentibus. Si aut[em] vocalis sit in fine vt in
sillaba bra: tunc imaginem prime littere in loco colloco ⁊ rem
mobilem seu se mouentem cui[us] principiu[m] sit sile duab[us] sequen-
tibus. Si ergo benedictu[m] cu[m] rapis vel ranis in loco posuero da-
bit sillabam bra. si aut[em] Thomā sillabā tra. Copia ergo reru[m] in-
cipientiu[m] vt sillabe si in p[ro]mptu habeat magnā afferet utilita-
tem. s[ed] si vocalis est in principio sillabā faciens. vt in hoc v[er]bo
amo: tūc semp[er] imago prime littere collocanda ē in loco ⁊ res
principiu[m] h[ab]et sile sequenti sillabe. Si ergo Anthonius voluat
molam hoc verbo amo positu[m] legem[us]. si Eusebi[us] verbu[m] em[er]o

Est t[ame]n sciendū q[uo]d nō possum[us] cōmode dictōz triū aut quatuor
sillabarū collocare: sed nec opus est q[uia] frustra sit p[er] plura q[uo]d
p[otes]t fieri p[er] pauca. sufficit em[en]dā p[ri]mā ⁊ scdā sillabam posu-
isse dictōz t[ri]duarū sillabarū possum[us] totam collocare veluti
pater ponā in loco rem vel hoīem p[er] imāgie sillabe pa. vt Pau-
lum. et p[er] sillaba ter. Cū vocalis sit in medio Raimundū acci-
pian tel. ⁊ in manu hūtem: cōcludo ergo sic pulchre imagies
alphabeti simul iuncte. ⁊ copia reru[m] incipientiu[m] vt sillabe semp[er]
nobis seruiant si alie imagines defuerint. Si em[en]dā alias habere
possum[us] istas omitto de quib[us] in alijs cōclusionib[us] dicetur.

Secunda est conclusio

In istis dictio[n]ibus panis/
vinu[m]/lignu[m]/vestis ⁊ silebus.
et in no[m]ibus dignitatū vt est papa/impator/abbas/canōicus:
que oīa etiā rustici intelligunt quid demōstrent. vel vt clarius
loquar vniformes sunt in lingua vernacula/et latina in talib[us]
dictio[n]ibus alias imagines nō quero/sed pono illud q[uo]d dictio
ip[s]a sonat et sillabe omnes taliu[m] dictio[n]u[m] p[otes]t pulchro inuento
facile collocari: in corpe nanq[ue] hūano casuū imagines inueni.
Nam caput est casus no[m]inatus: manus dextra g[ra]uis: man[us]
sinistra d[omi]nis: pes dexter act[us]: pes sinister vt[us]: et neuter seu
pectus casus ab[se]ntis. et p[er] numero singulari pono/aut pulchrā
puellam nudam: et p[er] numero plurali ip[s]am egregie ornatam
aut illū quem meminisse volo. aut ergo volo collocare rez aut
hoīem. si rem vt panē/puellam nudā in loco sibi pedem dextrū

manu
vtriusq[ue]
p[er] hoc

casuū
p[er] hoc

cum pane tangentem collocabo. Si aut dictio collocare volo
hominem in aliquo officio vel dignitate constitutum demonstrantes
ut abbatem: abbatem unum in loco nudum qui cum pedibus extra
locum percutiat pono: et si diligenter o lector dulcissime consideras
bis hoc inuentum tibi pulchrum videbitur: et sic has dictiones
totas soles collocare.

Septima est conclusio Quia possumus etiam col-
locare dictiones sono vocis
gestu corporis et similitudine. et istis imaginibus frequentissime utor
pono enim amicum per dictioem: doctorem unum cognoui qui semper in
ore habebat legem per hanc. C. de temporibus appellacionum. illam cum
tantum legem legum dolor memoriter dicebat. volens ergo illam le-
gem collocare illum dolorem pono qui semper risum excutit. et sic
sono vocis collocatioem facio: Gestu corporis ponuntur imagines
quoniam fit gestus in dictioem comprehensus. per verbo enim spolio ami-
cum pono qui alium spoliat: per verbo rapio amicum per vinum ali-
quid rapientem. similitudine colloco imagines quoniam rem dictioem
similem in litteris licet in significatioem dissimilem inuenio: ut
quando per verbo cano canem colloco.

Octava est conclusio Pro dominis iure consultis et de
voluminibus iuris civilis di-
cere incipiam. et quoniam illa locis tradere volo colores quibus teguntur
accipio: per ff. veteri pelle albam. per ff. nouo pellem rubeam. per
infortiatio pellem nigram. per Codice pellem viridem. per volumine
varij coloris pellem. per institutioem librum paruum. et per autentico
tabelionem instrumentum magnum habentem colloco. per autentica
puellam privilegium habentem. per libro feodorum comitem alicuius
castri. per decreto autem cum in eo sint sanctorum patrum auctoritates se-
ne aliquem in loco scribentem pono. per decretalibus papam in
throno sedentem colloco. per clementinis puellam cui nomen est
Clemens. per sexto libro instrumentum illud ita in Italia dictum de
quo scribit Quidius. Altera per stare: per altera duceret orbem
per commentatoribus iuris eos qui idem nomen habent. imaginem autem
glose accipio ex doctrina per me primo loco. data in collatioem di-
ctioem. per ff. iuniperam habeo Florentino cytharam dantem ut

*De Jun-
vtriusq;
comitio*

orandi gesta cantare possit. Allegationes aut decreti sic collo-
cant. nam p allegatiōe que fit p distinctiōes ponit puella que
pannū vel chartā laceret. p questione aut colloco iuniperā p
cucientē famulā/ p cōsecratiōe est sacerdos hostiā consecrans.
p penitentia est Junipera que mihi sua peccata lenia confitet.

Nonā est conclusio Ut ondam quō rubricas vtri-
usq; Juris locis tradere debea-
mus/et duas imagines cōiter p illis ponere soleo. Si em̄ memi-
nisse voluero rubricā de transactiōibus Thomā ranas haben-
tem colloco vel gestū corpis pono duos em̄ qui diu litigarunt
a lite recessisse fingō/ et alterū alteri signū pacis p̄bere hec ē pul-
cherrima imago rubrice de transactiōib⁹. Principia aut legum
vel capitulorū in locis ponunt alphabeto vel sono vocis vel
similitudine vel gestu corpis/ de quibus iam plene dictū est

Decima est conclusio In argumentis collocādis
p quibus imagines duas
ponere soleo. Prima ē gestus corpis. vt si dicat sic testamentū
sine septem testib⁹ factū nō valet. testatores corā duob⁹ testib⁹
testamentū fecisse fingō et vginem vnā illud lacerare. Scda est
imago. q; duas aut tres dictiōes argumenti principaliōres col-
loco. exm̄ habe tu Juriscōsulte/ et me intelligent philosophi qm̄
in actu requirit iussus alicuius ille debet p̄cedere: hic sunt mul-
ta verba/ sed sufficit iussum et p̄cedere collocare et reliquas ar-
gumentū ptes memoriter dicere poterimus. ex collocatiōe ergo
duarū aut trium dictionū. cetera eleganter recitabimus: et hoc
experto crede magistro.

Undecima est conclusio Cū quereretur quidam:
vtrū in eodez loco plu-
ra collocare deberet? respondi si in locis ponere volo que ab
alio mihi pponuntur vt illa pposita statim recitare debeam
imagines vni⁹ rei tantū in loco colloco. sed si que in libris lego
in locis ponere dispono vt illa memoriter p̄nūciare possim tūc
imagies pluriū rerū in loco vno sepissime ponere nō dubitauit.

Duodecīa erit pulcherrīa conclusio.

De hunc
Imagi

Ut apiam quo pacto numerorū imagines fieri debeant. et pro
oibus nūeris quos possum⁹ excogitare viginti tñ imagines in
ueni. Illas ergo specialiter describā: p numero decem est mihi
cruz magna aurea vel argentea/ p viginti silitudo littere. r. fer
rea vel lignea rei alicui rotūde cōiuncta. qz numerū viginti hoc
mō in charta scribim⁹. 20. p triginta silitudo illius figure eodē
mō rei rotunde cōiuncta. et sic vsqz ad numerū centū imagies
habeo que decē sunt: nouē etiā imagines numerorū habeo in
cipiendo ab vno vsqz ad numerū nouem/ quas in digitis ma
nuū hoīs fabricaui. Est igit̄ digitus prim⁹ man⁹ dextre mihi
p primo numero seu p vno/ scdus p scdo seu p duobus/ et sic
vsqz ad quartū digitū manus sinistre pcedo: vt aut̄ facilius
istā memoria teneant/ primū digitū man⁹ dextre dico esse ghel
forū/ scdm ghebilinorū/ terciū iudeorū/ quartū anulorū/ quin
tū aurū. et sic de digit⁹ man⁹ sinistre sit dictū. Primū ghelforū
appello. qz ghelfi illū in magno p̄cio habere dicunt: ghebilinū
scdm: terciū iudeorū appello. qz si digitū illū iudeis ondimus
toruo visu respiciunt. qui aut̄ causam scire cupiet querat ⁊ inue
niet. cur aut̄ quartū ⁊ quintū sic nominem notissimū est. p nu
mero at̄ mille Michaelē habeo. Si ergo mihi nūerus aliquis
pponat̄ imaginē eius facillime inueniā. aliqua exempla ponā
quib⁹ positis lector etiā rudis ingenij cōclusiōz istā optime in
telliget. Si xi. q. iij. dicere voluero in loco ghelfum fingā crucē
in manu dextra tenentē/ et iudeū qui totis viribus p vim illam
manu dextra rapere tentat. Si ij. ad Chorin. iij. ponere volue
ro in loco ghebilinū fingā/ qui in manu dextra cortinas teneat
quā pulchre puelle ondat/ illamqz manu dextra recipiat. puel
lam enī desponsatā p q̄rto digito/ ⁊ sic p quarto ⁊ nono nūero
colloco. Si de penitentijis distin. iij. meminisse voluero sacer
dotē senē nō iuuenē cui peccata cōfiteat̄ Junipera collocabo/ ⁊
ip̄a mirabile faciet. sacerdotē nanqz absoluet capiti suo manū
dexterā imponens/ et sic ne in infinitū sit p̄cessus sit finis huic
pulcherrime artificiose memorie: in cuius p̄ceptis om̄ia si nō
explicite saltem implicite comprehendunt. Vnū tñ nō omittā
quod hoc in loco scribere pmisi vtile in locis esse iudico/ que

pro rebus auditis reponendis fabricauimus. Si in quinto loco
manus aurea ponatur: in decimo crux aurea: in quintodecimo
manus argentea: in vigesimo imago ipsius numeri. et sic in cete-
ris fecere: monet mea doctrina. Excellentissimos in artificiosa
memoria habui auditores o lector dulcissime: meamque doctri-
nam miris laudibus extulerunt/ quorum aliquos hic legere tibi
ut puto placebit. Fuere mei discipuli magister Anthonius Trom-
beta ordinis minorum theologus/ celeberrimus magister Petrus
Rochabonella/ magister Johannes de Aquila/ magister Ni-
coletus Teatinus/ magister Hieronimus Veronensis/ magister
Hieronimus de Polchastris artium et medicine doctores consu-
matissimi et Padue legentes. Spectabiles Seuerius et Nicola-
us illustrissimi ducis Ferrarie secretarii Dominus Johannes Maria
Riminaldus/ Dominus Dominicus de Massa/ Dominus Anthonius de
Luntis/ Dominus Johannes Franciscus de Canali/ et Dominus Leonellus
de Buturis Jurisconsulti consummatissimi et Ferrarie legentes.
Tacebo nobiles Venetos/ qui me audito multa memoriter pro-
nunciare didicerunt. Dominicum tamen Georgium virum illustrem
silentio inuoluere nequeo/ qui doctrina mea ut ipse affirmabat
immortalem sibi gloriam comparauit. Bononie/ Papie/ Ferra-
rieque legi/ et qui me audierunt multa memoriter scire inceperunt.
et quis mea artificiosa memoria/ aliorum auctoritatibus sit con-
probata. proccare tamen non puto si acta mea in hoc libello legen-
tur/ que ipsam mirabiliter approbabit. ¶ Dum essem iuris au-
ditor: nec vigesimum vidissem annum in vniuersitate Patauina
dixi me totum Codicem iuris civilis posse recitare. peti namque
ut mihi leges aliquae ad arbitrium astantium proponerentur/ qui-
bus propositis summaria Bartoli dicebam aliqua verba textus
recitabam/ casum adducebam/ tacta per doctores examinabam
lexque ista tot habet glosas dicebam/ et super quibus verbis erant
posite recordabar/ contraria allegabam et solvebam. visum est
astantibus vidisse miraculum. Alexander Imolensis diu obstupuit
Nec fabulam narro ego palam locutus sum in vniuersitate Padue
et quod in ore duorum vel trium stat omnino verbum. Testes huius rei tres
habeo/ magnificum dominum Johannem Franciscum Pasqualicum

senatorem Venetū et Juris vtriusq; Doctorem excellentissimū
apud illustrissimū Mediolani ducem nūc legatū. et clarissimū
Doctorem dñm Sigismundū de capitib⁹ liste ciuē nobile Pa-
tauinū/cui⁹ pater Franciscus fuit acutissimi ingenij Juriscon-
sultus Spectabilem dñm Monaldinū de monaldinis Vene-
tijs cōmorantē: i quo v̄tus domiciliū suū collocavit. Lectōes
etiā Alexandri Imolensis padue legētis copiosissimas memo-
ria tenebā. et illas ex v̄bo ad verbū in scriptis redigebam. illas
etiā postq; finierat astantem magna auditorū copiā a calce inci-
piens recitabā ex suisq; lectiōib⁹ dñi in scholis audire carmina
faciebā et oēs earū ptes in carminib⁹ positas statim replicabā
et qui hoc viderūt obstupere. Hui⁹ rei testes habeo clarissimū
equitē et Doctore dñm Joannē Franciscū de milijs brixensem:
spectabilem Doctore dñm Sigismundū de capitib⁹ liste et filiū
Alexandri Imolensis/qui nunc est iuriscōsultus celeberrimus
Centū et quadragintaq; auctoritates religiosissimi fratris
Michaelis de mediolano padue p̄dicantis/immortalitatē aie
p̄bites corā eo memoriter et p̄mpte p̄nūciaui/qui me āplexus
est dicens viue diu gēna singularis o vtinā te religioni viderē.
testis est tota ciuitas Patauia/sed magnificū dñm Joannem
Franciscū Pasqualicū et dñm Sigismundū de capitibus liste
et dñm Monaldinū de Monaldinis testes habeo. Petij ego
doctor creatus in vniuersitate Patauina: vt mihi in cathedra
sedenti aliquis de vniuersitate auditor vnū ex trib⁹ volumib⁹
digestorū qđ eligeret p̄ntaret. locūq; in quo legere deberē desig-
naret. Dixi enī sup re p̄posita innumerabiles leges allegabo.
testes sunt charissim⁹ Juris vtriusq; doctor dñs Caspar Or-
satus Padue Jura canonica legens/et doctissim⁹ dñs Prosp
Cremonensis padue cōmorans. ¶ Omnes p̄dicatōes quas in
vna q̄dragesima Magister Anthoni⁹ heremita Padue p̄nū-
ciauerat: eo ordine quo ip̄e dixerat memoriter p̄nūciaui/et in
scriptis sibi dedi: quo visō dixit qđ amplius Padue nō p̄dica-
ret. et hui⁹ rei si vniit testis est ip̄e omni exceptiōe maior. P̄dica-
tiōes etiam dñi Mathei Veronēsis canonici regularis et viri
eloquentissimi quas in tota q̄dragesima fecerat sibi in scriptis

dedi q: memoriter tenebā/et in chartis reponebā. testis est ipse
et dñs Deodatus Vincentinus canonicus regularis. ¶ Dum
Pistorij legerē a dñis Florentinis cōductus sermonē verbi dei
fratris Blasij de Plombino heremite recitavi. testes st' Paulus
magistri Michaelis et Domicius Cancellarius Pistorienses ci-
ues/et tota ciuitas illa de mea artificiosa mēoria testificari po-
terit / que me immunitatibus et priuilegijs decorauit. ¶ Dñs
Georgius vir illustris Padue p̄fectus et in artificiosa memoria
discipulus dñi lrās ducales semel legeret: earū verba collocaui
et statim recitavi. testis ē dñs Anibal de Magijs de Bassiano
nobilis ciuis Potauinus/cuius pater Nicolaus fuit excellentis-
simus iuriscōsultus. ¶ Semel in schachis ludebā et ali' taril-
los iaciebat/aliusq; oēs iactus scribebat: et ex themate mihi p̄-
posito duas eplās dictabā. postq; finē ludo imposuim' oēs
iactus schachorū et tarillorū et epistolarū verba ab vltimis in-
cipiens repetij. Hec quatuor p̄ me eodem tpe collocata fuerūt.
testes sunt dñs Petrus de Montagnano et Franciscus Neuo-
linus nobiles Patuini ciues. ¶ Dñi essem Placenti monaste-
riū monachorū nigrorū intraui vt illud viderem. in dormito-
rioq; eius comitante monacho quodā bis deambulās mona-
chorū noīa que in ostijs cellarū erant collocaui. deinde cōgre-
gatis eis noīe pprio quemlib; salutavi. licet quē noīabam digi-
to demonstrare nō potuissem. mirabantur monachi quo pacto
ego pegrinus noīa eorū memoriter p̄ferrem: ipis mirari nō de-
sinentib': dixi tandē hoc potuit mea artificiosa memoria: quo-
rū vnus dixit: ergo hoc Petrus Rauennas facere potuit et nō
alius. ¶ In capitulo gñali canonicorū regulariū Padue p̄di-
catiō; dñi Deodati Vincentini eo ordine quo ipam p̄nūciaue-
rat recitavi: astante ipius p̄dicatiōis auctore. ¶ Semel me
traxit ad sui cōtemplatiō; Cassandra fidelis Veneta vgo excel-
lentissima/que dñi legerat lrās serenissime cōiugis regis Serdi-
nandi ad se missas illas collocaui et recitavi. Testis est illa do-
ctissima vgo/dñs Paulus Raimusius doctor excellens Arimi-
nensis/et Angelus Salernitan' vir clarus. ¶ Scribebat quī-
dā illustrissime ducisse Gleonore priuilegiū: alius legebat p̄ns

erā: illudq; ex verbo ad verbū locis tradidi/et ab vltia dēctōe
incipiens totū recitavi. mirabant̄ astantes. hui⁹ rei testis ē dñs
Johānes de Burturijs clarissim⁹ Ferrarie ciuis/qui et multa
de hac artificiosa memoria narrare poterit. Quid aut̄ de actis
meis referre possit nepos maximi pontificis Pauli reuerendus
Padue canonicus/et decretorū doctor insignis dñs Augusti-
nus barbatus omitto cū cōpater sit clarissim⁹. S; quid plura
testis est Buxia/Papia ⁊ Cremona. quid potuerit mea artifi-
ciosa memoria. declarant hoc carmina que in principio hui⁹ li-
belli legunt̄. Testis est illustrissim⁹ marchio Bonifacius et ei⁹
pulcherrima vxor/que me egregio munere donauit. Testis est
nouissime Bononia. testis est illustrissim⁹ Hercules dux/et il-
lustrissima vxor Eleonora. Testis est tota Ferraria. Duas em̄
p̄dicatiōes celeberrimi verbi dei p̄conis magistri Mariani he-
remite recitavi: quo audito obstupuit dictus magister ⁊ dixit
Illustrissima ducissa hoc ē diuinū ⁊ miraculosum op⁹. Testis
est vniversitas Patavia. Om̄es em̄ lectiōes meas Juris cano-
nici sine libro quotridie lego. ac si librū an̄ oculos haberē: textū
⁊ glosas memoriter p̄nūcio. vt nec etiā minimā sillabā omitte-
re videar. In locis aut̄ meis que collocaueri hic scribere statui
⁊ que locis tradidi p̄petuo teneo In decē ⁊ nouē litteris alpha-
beti vigintimilia allegationū Juris vtriusq; posui. et eodem or-
dine sacrorū librorū septēmilia: mille Quidij carmina que ab eo
sapienter dicta cōtinent: ducētas Ciceronis auctoritates. tre-
centa philosophorū dicta: magnā Valerij maximi p̄tem. na-
turas fere oīm animalū bipedū ⁊ quadrupedū/ quarū auctori-
tū singula v̄ba collocaui. et qñ vires artificiose memorie expiri-
cupio: peto vt mihi vna ex litteris illis alphabeti p̄ponat̄/sup
qua p̄posita allegatiōes p̄fero: et vt clare intelligar exm̄ habe.
Proposita est mihi nūc lr̄a. a. in magno doctorū viroū cōuen-
tu/ ⁊ statim a iure principū faciens mille allegatiōes/ ⁊ plures
p̄ferā de alimentis/ de alienatiōe/ de absentia/ de arbitris/ de ap-
pellatiōib⁹/ et de sitibus que in iure nostro habent̄ incipientib⁹
a dicta lr̄a. a. dein in sacra scriptura/ de antip̄o/ de adulatiōe/
⁊ multas allegatiōes sacre scripture ab illa lr̄a incipientes: p̄

nunciabo carmina Quidij auctori / Ciceronis et Valerij. nō omittaz de asino / de aquila / de agno / de accipitre / de apio / de ariete auctori. allegabo et quecūq; dixero ab vltimis incipiens velociter repetā. et hanc memorie demonstratiōez pulcherrimā esse puto / cui me obligavi semp et ad semp. interroget reuerēdissim⁹ nūc vicē gerens Bononie cū cōsumatissimo Juriscōsulto dñō Johāne de Sala quid sup lrā. m. mihi pposita allegauerim : interroget vniuersitas Bononie quid sup lrā. p. de dei potētia et potestate Pape pnūciauerim . et hūc legendi modū a rerum multitudie chaos appello. qñ deo optio maximoq; placuerit hoc tm̄ opus Italie ac toti orbi tradā. Hec etiā in iure canōico tm̄ locis tradidi tria milia allegationū decreti : duo milia decretaliū : totū sextū et eius mille glosas : Clementinas et earum milleglosas : et qñ de glosis decretaliū sexti et clementinariū verbū facio dictiōes in quib⁹ sunt posite pfero. Mille etiā singulariter dicta in Jure civili memorie tradidi : nec fabula narraē In his em̄ quotidie piculū facio : oia mea mecū portare volui : maiora tm̄ cupe ab his disco. naturalia em̄ desideria insatiabilia st. vt ait Seneca ad Lucillū. Nō omitto etiā illustrez principem Marchū de Pijis / qui me audiens obstupuit : et ex hoc me absentez sepissime noiat dñs Bartholome⁹ Pigafetus Vincentin⁹ vir quidē sapientissim⁹ dicere audet dñm Thomā reatinū / qui oim̄ etatis sue memoriosissim⁹ fuit noui et sibi magna amicitia cōiunctus fui. sed te supiorem esse iudico.

153351

AB: 153351


ULB Halle 3
002 637 588



52







Artificiosa Memoria clarissimi
Juris utriusq; Doctoris & mi-
litis dñi Petri Rauennatis: p
quã facillime multa memoriter
teneri & dici possunt.

**C. Lycij decaonstichon ad
Candidum Lectorem.**

Si memorem tentas fieri te Candide lector
Atq; inter celebres nomen habere viros.
Perlege quod pũsce specimen pregrande Rauenne
Edidit. et celo laudibus vsq; loca.
Et potes/et debes merito censere magistrum
Artificis gentij iudicijq; simul:
Eia igitur cuncti numen veneremur in eum
Et meritas laudes quisq; poeta canat.
Grecia non similem vidit nec Romula tellus.
Nec non posteritas est habitura/vale.